



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

60 Promotus ad presbyterium titulo sui patrimonij, illud postea renuncians in censuram non incidit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**



## DECISIO LVII.

*Ex cons. 5. in Novis deest in antiquis.*

57 **Q**uod eodem die duos ordines sacros suscipit, aut qui fortuitè ordinatus est, non solum suspensus est, sed etiam irregularis efficitur, e. i. i. r. & c. dilectus, de temp. ord. & Nau. Man. in c. 25. nu. 71. & c. 27. nu. 241.

## DECISIO LVIII.

*Ex cons. 6. in Novis deest in antiquis.*

58 **O**rdinatus sine legitimo sui ordinarij literis ad omnes ordines sacros ab alieno Episcopo, duplicem suspensionem suscipiendo Subdiaconatum, & Diaconatum, incurrit, etiam si in eis non ministraverit. Extrau. Pij II. c. u. ex Sacrorum. Qui vero sic suspensus ordinem presbyteratus accipit, quia in eius assumptione Missam celebrat, consecrando cum Episcopo irregularis efficitur. Arg. cap. 1. de sent. & re iud. c. 2. de sent. exc. in 6. in qua irregularitate solus Papa dispensare potest; A praefata vero suspensione, necnon praedictam ordinationem approbate, Episcopus, vel Capitulum Sede vacante post annum absoluerit valet. Arg. c. Lugdunensis, 9. q. 2.

## DECISIO LIX.

*Ex cons. 20. in Novis deest in antiquis.*

59 **C**apellaniam in Capella Papae obtinens, ad illius titulum legitime ad ordines Sacros ordinari potest, non solum quando a Papa, qui est super omne ius humanum positum, ca. Proposuit. de concess. praeb. sed etiam quando ab alio ad eam praesentatur; eo quod capellaniae praefatae perpetuae sunt, nec per mortem Papae vacant; quam tamen Capellaniam sic ordinatus renunciare prius nequit, quam aliud beneficium; aut patrimonium, unde vivere possit, consequatur. Arg. Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. de ref.

## DECISIO LX.

*Ex cons. 22. in Novis deest in antiquis.*

60 **P**romotus ad presbyteratum titulo sui patrimonij, patrimonium illud sine licentia Episcopi renunciare valide non potest, & renunciando peccat; ut per Conc. Trid. sess. 21. de ref. c. 2. & per Nau. in Man. c. 27. num. 158. in aliquam tamen censuram, aut irregularitatem non incurrit, si ante ordinationem patrimonium illud remittere, vel renunciare non promiserit.

## DECISIO LXI.

*Ex cons. 32. & 33. in Novis deest in antiquis.*

61 **O**rdinatus per falsas literas dimissorias ab alieno ad diaconatum, quamvis mortaliter in susceptione ordinum minorum peccet, nullam tamen censuram, aut per primam aut per secundam promotionem incurrit, si quidem ad sacros per legitimas dimissorias ordinatus est; ob Minorum autem ordinum susceptionem per falsas literas censurae huius incurritur; cum Extravagans Pij II. Cum ex factorum de solis sacris loquatur, ut patet ex Nau. in Man. c. 75. nu. 70. & c. 27. nu. 155. & 241.

Hodie ob Bullam Sixti V. quae incipit, *Sanctum & salutare* idem dicendum est de suscipiente Minorum ordines per falsas dimissorias, quem Pontifex suspensus esse statuit, sicut qui sacros suscipit. Quam tamen constitutionem Clemens Papa VIII. alia sua constitutione, quae incipit, *Romanum Pontificem*, edita 1595. ad terminos Sacrorum Canonum, & constitutionis Papae Pij II. incip. *Cum ex factorum ordinum*, reduxit, & restituit.

## DECISIO LXII.

*Ex cons. 40. in Novis deest in antiquis.*

62 **E**piscopus ex ignorantia probabili suppositum alterius sine propterea licentia ordinans, suspensionem non incurrit; cum ipsa canonice, c. eos, de tempore ordi. in 6. penam suspensionis imponens ordinati alienum sine superioris licentia, equirat, ut scierit, vel ignorantia affecta id faciat.

Hodie consulenda est in hac re Bulla Sixti V. quae incipit, *Sanctum & salutare*. ubi ordinans Minoribus, vel Maioribus, scierit, aut ignoranter, nisi debita diligentia adhibita, iustus error, & probabilis facti ignorantia eum excuset a collatione quorumcunque ordinum, atque adeo ipsius tonsuram, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspensus est; & ab ingressu Ecclesiae interdictus, cuius tamen Bullae rigorem Clemens Papa VIII. postea temperavit.

## DECISIO LXIII.

*Ex consil. 42. in Novis deest in antiquis.*

63 **O**ccultum ob crimen etiam enorme non incurritur irregularitas, nisi ob homicidium, & alia crimina in iure expressa; sed neque ob crimen occultum clericus secularis ab Episcopo ab ordinum susceptione impediti valet, c. fin. de temp. ord. secus autem in clerico Regulari, qui ob crimen occultum ab ordinarij suo impediti potest, ex Conc. Trid. sess. 14. de reform. c. 1.

Aduertendum, Congregationem Cardinalium censuisse caput primum Concilij Trid. sess. 14. de reform. locum habere etiam in clericis secularibus, ita ut cap. Ex tenore. per cap. Ad aures, de temp. ord. corrigatur, quicquid Narratus contrarium hic docuerit.

## DECISIO LXIV.

*Ex consil. 43. in Novis deest in antiquis.*

64 **Q**ui in loco notorise est excommunicatus, Coadiutor, vel per iudicis sententiam factus infamis, ubique talis est, & sine peccato ut talis potest alij reuelari: Nec Episcopus etiam ubi hoc ignoratur, potest eum tali, virtute Concilij Trid. sess. 24. c. 6. de reform. dispensare; cum tale crimen non sit occultum, sed notorium, quoad forum exterius. Si quis tamen in loco remotissimo esset; ubi hoc ignoratur, postea antea ordinatus, in susceptis ordinibus ministrare, absque eo quod censuram aliquam, vel irregularitatem incurrat.

## DECISIO LXV.

*Ex consil. 44. in Novis deest in antiquis.*

65 **Q**uamuis Capitulum intra annum a die vacationis sedis Episcopalis literas dare nequeat, ut apparet per Concil. Trid. sess. 7. de ref. c. 10. post annum tamen non solum huiusmodi literas dare, sed etiam Episcopum alienum ad ordines in Ecclesia vacante celebrandum inuitare valet, sicut & Episcopus viuens id facere poterat; Cum Capitulum Sede vacante in omnem iurisdictionem Episcopalem per se, vel per alium ad id idoneum exercendam succedat, cap. His quae, & c. cum olim, de mat. & obed. Potestque episcopus sic inuitatus, & clericus illius diocesis, & alios etiam cum sui ordinarij licentia ordinare, non obstante Concilio Trid. sess. 6. c. 5. de reform. quod solum Episcopis prohibet, ne virtute alicuius privilegij, alios quos sine licentia ordinarij loci in alia diocesi, aut alios quorum illi ordinatio subiectos, ordinare praesumant.

## TIT. LVIII.

De Aetate, &amp; qualitate, &amp; ordine praeficiendorum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Dispensatus ad ordines sacros suscipiendos creditur is, pro quo superior Papam supplicauit, & ad Minores ordines suscipiendum misit.
- 2 Sacerdotio probato, quando ordines inferiores probari censentur.
- 3 Illegitimus bonae fide credens secum dispensatum, ordinatus sacris non censetur suspensus.
- 4 Dignitas iurisdictionem spirituales habens, & ecclesia parochialis minori 25. annorum non conferuntur.
- 5 Obsessus a demone sacris non ordinatus, sine Papae dispensatione non est ordinandus.

Pra-